Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quidoc & hominem scientiā! uidebor & iā ego
habitare ad puteum uisionis; Si uero negligā.
& nequedomi exercear in uerbo dī. neque ecclesiā
ad audiendum uerbū frequenter ingrediar;
sicut nonnullos in uobis uideo. qui dieb; tantū
modo sollemnib; ad ecclesiam ueniunt! qui huius
modi sunt. non habitant ad puteū uisionis; Ego
aut uereor. ne forte qui ita negligenter s. & iā
cum ad ecclesiam ueniunt. nec bibant de puteo
uitae nec reficiant! sed occupationib; uacent
cordis sui. & cogitationib; quas secum defer.
& discedant. nihilominus ab scripturarū
puteis sitientes; Festinate ergo uos & satis
agite. ut ista ad uos dni benedictio ueniat.
quo ad puteum uisionis habitare possitis! ut
aperiat dns oculos uestros. & uideatis puteū
uisionis. & pcipiatis ex eo aquam uiuā quae
fiat in uobis fons aquae salientis in uitā aeter
nā; Si quis aut raro ad ecclesiā ueniat. raro
de scripturarū fontib; hauriat. & quae au
dit continuo discedens. & aliis negotiis occu
patus omittat! hic non habitat apud pu
teum uisionis. Vis tibi ostendam quis est.
qui nūquā recedit a puteo uisionis. apostolus